Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

aiantibus mundis tolle septena
et septena, mastulum et feminam,
sed et de volucribus septena et
septena, mastulum et feminam, ut
saluetur semen super faciem vniuerse
terre. Adhuc enim et post dies sep-
tem, ego pluam super terram xl diebus
et xl noctibus, et delebo omnem
substantiam quam feci de superficie terre.
Fecit ergo noe omnia que manda-
uerat, ei deus eratque sexcentorum
annorum, quando diluuium aque inunda-
uerunt super terram. Et ingressus
est noe, et filii eius, et uxor eius
et uxores filiorum eius, cum eo in
archam propter aquas diluuii. De
aiantibus vero mundis et immun-
dis, et de volucribus et ex omni
quod mouetur super terram, duo et duo
ingressa sunt ad noe in archam
mastulus et femina, sicut preceperat
dominus noe. Cumque transissent septem
dies aque diluuii inundauerunt
super terram. Anno sexcentesimo vite
noe, mense secundo septimodecimo die
mensis, rupti sunt omnes fontes
abissi magne et caracte celi
aperte sunt, et facta est pluuia super
terram xl diebus et xl noctibus. In
articulo diei illius, ingressus est
noe, et Sem, et Cham, et Ia-
phet filii eius, uxor eius et uxo-
res filiorum eius, cum eis in archam
ipsi et omne animal, secundum genus su-
um. Vniuersaque iumenta in genus
suum, et omne quod mouetur super terram
in genere suo, et cunctum volatile se-
cundum genus suum. Vniuerse aues
omnesque volucres ingresse sunt
ad noe in archam bina et bina
ex omni carne, in qua erat spiritus
vite. Et que ingresse sunt mas-
culus et femina ex omni carne in-
trauerunt sicut preceperat ei deus.

Et inclusit eum dominus de foris
factumque est diluuium xl diebus super
terram, et multiplicate sunt aque et
eleuauerunt archam in sublimi a
terra. Vehementer enim inundauerunt
et omnia repleuerunt in superficie
terre. Porro archa ferebatur aquas
et aque preualuerunt, mensis super terram,
optique sunt omnes montes excelsi
sub vniuerso celi. Quindecim cubi-
tis altior erat aqua super omnes
montes quos operuerat. Consup-
taque est omnis caro que mouebatur
in terra, volucrum, aiantium, bestiarum
omnique reptilium, que reptant super terram.
Vniuersi homines et cuncta in quibus
spiraculum vite est in terra mortua
sunt. Et deleuit dominus omnem substantiam
que erat super terram ab homine usque
ad pecus, tam reptile quam volucres
celi, et deleta sunt de terra. Re-
mansit autem solus noe, et qui erant
cum eo in archa. Obtinuerunt que
aque terras centum quinquaginta die.

Recordatus Capitulum 9 Dominus
est autem dominus noe cuncto-
rumque aiantium, et omnium iumentorum
que erant cum eo in archa. Adduxit
spiritum super terram, et imminute
sunt aque, et clausi sunt fontes
abissi, et cataracte celi et pro-
hibite sunt pluuie celi. Reuerse-
que aque de terra euntes et redeun-
tes, et ceperunt minui post
centum quinquaginta dies. Re-
quieuit archa, mense septimo
vigesima septima die mensis super
montes armanie. At vero aque
ibant et decrescebant usque ad
decimum mensem. Decimo autem men-
se prima die mensis, apparuerunt
cacumina montium. Cumque transis-
sent xl dies aperiens noe fenes-
tram arce quam fecerat dimisit